Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35889
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



primi abbis Zwetlensis in magnum damnum cessit domui nre. quia videlicet Rudmars et Retschen multis annis a monasterio nro. fuit alienata et temporibus Leopoldi ducis Austrie cum maximis laboribus reacquisita sicut postea patebit. In Strabach vero supiori media pars adhuc est amissa. et per datorum violencia abstracta a monasterio. media uero pars eiusdem ville etiam per emptiones satis graues reacquisita. Villa vero que iferius Strabach dicitur adhuc est alienata cum quibusdam possessionibus infra pscriptum circulum annotatis. Attamen adhuc monasterium Zwetlense per maiorem confirmatoem possessionum suarum apud sedem apliam sicut infra patebit dinoscitur laborasse. Incipit Priuilegium Domni Adriani Pape quarti.

ADRIANUS Epc̃ seruus seruorum dei. dilcis filiis Raptoni Abbati monasterii Sce Marie in Zwetel eiusque fratribus tam psentibus qm futuris regulariter tam pfessis in petuum. Religiosis desideriis dignum est facilem pbere consensum. ut fidelis deuotio celeriter sortiat effectum. Ea ppter dilecti in dno filii uros iustis postulationibus clementer annuimus et pfatam Ecclam in qua diuino mancipati estis obsequio. sub beati Petri et nra protectione suscipimus et psentis septipriuilegio communimus. In primis siquidem statuentes. ut ordo monasticus qui secdm deum et bti Benedicti regulam et institutoem Cysterciensis ordinis in eodem loco institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium in psentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum largitione regum vel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante dno poterit adipisci firma uobis uobisque successoribus et illibata permaneat. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. Geizrik. Racenstuta. Zemtezelines. Berates. Gruben. Ze-Rudmares. Haselowe. Kalentanne. Strabach. Sliten. Zwetel. cum omnibus terminis et pertinenciis suis sicut Hadmarus in sortica sua iuste possedit et predicte ecclie nre per manum illustris memorie Chunradi quondam Romanorum regis. consensu nobilis recordationis Leopoldi ducis Bauarie legitime noscitur obtulisse. Sane noualium uirorum que propris manibus aut sumptibus colitis. siue de nutimentis uiuorum animalium. nullus a uobis decimas exigere presumat. Decernimus ergo. ut nulli omnino hominum liceat siue predictum monasterium temere perturbare. aut eis possessiones auferre. uel ablatas retinere minuere seu quibuslibet uexationibus fatigare. sed illibata omnia et integra conseruentur. eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. salua nimirum apostolice sedis auctoritate. Si qua igitur in posterum ecclastica secularisve persona hanc paginam nre confirmationis sciens ausu temerario contra eam temere uenire temptauerit. secundo tertiuve commonita. si non reatum suum digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et dni redemptoris nri ihu xpi aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax dni nri ihu xpi. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Datum Latanis per manum Rolandi sce Romane Ecclie cardinalis et Cancellarii. xviij. kl. Marcij. In dictione v. Incarnationis dnice anno. M. C. Lxj. Pontificatus vero dni Adriani Pape quarti. anno tertio.

De morte primi fundatoris. Et de Anselmo. Et de nomine Chunringarioz.

Do igitur dilectissimus nr Hademarus primus fundator Zwetlensis monasterii optimo fine sicut pius et bonus Catholicus migrauit de hoc seculo. qui nec filios nec filias genuit. utpote castus homo. fertur quod eum adhuc in extremis laborauerit. et diem mortis imminere senturet. fundationi siue Zwetlensi sancte ecclie. quam iam qui uidua et derelicta cogebat deserere. ordinauit tam eidem trecentas